

Feria IV infra Hebdom. V post Pentecosten.


Ad Matutinum.

D Omine, lábi-a me-a apé-ri-es. *R.* Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.


Invitatorium.

Ps. 94, 6; Psalmus 94; H451


VI
D Ominum qui fe-cit nos, * ve-ní-te ad- o-rémus. *A.* Dóminum. *V.* Vení-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confessi-ó-ne, et in psalmis iubi-lémus e-i. *A.* Dóminum. *V.* Quóni-am De-us magnus Dóminus, et rex magnus super omnes de-os. Quóni-am non repéllat Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. * Ve-ní-te. *V.* Quóni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt manus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us noster, nos autem pópu-lus e-ius,




et o-ves páscu-æ e-ius. *A.* Dóminum. *V.* Hódi-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda vestra, si-cut in




exa-cerba-ti-óne secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-vé-runt et vi-dé-runt




ópe-ra me-a. * Ve-ní-te. *V.* Quadra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant corde.



Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a: Si intro-íbunt in réqui-em me-am.» *A.*



Dóminum. *V.* Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper,



et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. * Ve-ní-te. *A.* Dóminum qui fe-cit nos, * ve-ní-te ad-o-rémus.

Hymnus.

I


C

Hriste, lux ve-ra, bó-ni-tas et vi-ta, gáudi-um mundi, pí-e-tas imménsa, qui nos a morte ví-vido salvásti sánguine tu-

o. Inse-re tu-um, pé-timus, amó-rem méntibus nostris, fi-de-i re-fúnde lumen æ-térnum, ca-ri-tá-tis auge di-lecti-ó-nem.

Procul a nobis pérfidus absístat Sa-tan, a tu-is ví-ribus confráctus; Sanctus assístat Spí-ri-tus, a tu-a sede demíssus. Gló-ri-a

De-o sit æ-térno Patri, sit ti-bi semper, Geni-tó-ris Na-te, cum quo per cuncta Spí-ri-tus æquá-lis sácu-la regnat. A-men.

VI F

E -ructá-vit * cor me-um verbum bonum.

Ps. 44, 2-10



Eructá-vit cor me-um verbum bo- - num, * di-co ego ópe-ra *me-a* Re- - gi.

Lingua mea, cálamus scribæ * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hóminum, † diffúsa est grátia in lábiis tuis, * proptérea benedixit te Deus *in ætérnum*.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime,

Spécie tua, et pulchritúdine tua, * inténde, próspere procéde, et regna.

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam, * et dedúcet te mirabíliter dèxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli sub *te* cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in *sæculum sæculi*, * virga directiόνis, virga regni tui.

Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis, * ex quibus delectavérunt te filia regum in honóre tuo.

Astitit regína a dextris tuis in vestitu deauráto, * circumdáta varietáte.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc *et semper*, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


I g

S



Pe-ci-ó- sus forma * præ fi-li- is hóminum, dif-fú-sa est grá-ti-a in lá-bi- is tu-is.

Ps. 44, 11-18



Audi, fi-li-a, et vi-de, et inclína au- - rem tu- - am, * et obli-vísce-re pópu-lum tu-um, et domum *patris* tu- - i.

Et concupíscet Rex decórem tuum, * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus, * vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis.

Omnis glória eius filiæ Regis ab intus, * in fimbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam: * próximæ eius afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia, et exsultatióne, * adducéntur in *templum* Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constitúes eos príncipes super *omnem* terram.


Mémores erunt nóminis tui, * in omni generatióne, et generatióne.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: * et in *sæculum* *sæculi*.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in *sæcula* *sæculórum*. Amen. *A.*

E
A



Diú-tor * in tribu-la-ti-ónibus.



De-us noster re-fúgi-um, et vir- - tus: * adiú-tor in tribu-la-ti-ónibus, quæ inve-né-runt nos ni- - mis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra; * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine eius.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio eius, non commovébitur: * adiuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt Gentes, et inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Iacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, † quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confrínget arma: * et scuta combúret igni.


Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus: * exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Iacob.

Glória Patri et Filio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.

IV a



M Agnus Dóminus * et laudá-bi-lis nimis.

Ps. 47



Magnus Dóminus, et laudá-bi-lis ni- - mis * in ci-vi-tá-te De-i nostri, in monte *sancto* e- - ius.

Fundátur exsultatióne univérsæ terræ *mons Sion*, * látera Aquilónis, civitas *Regis magni*.

Deus in dómibus eius *cognoscétur*, * cum *suscípiet* eam.

Quóniam ecce reges terræ *congregáti* sunt: * *convenérunt in unum*.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, † *conturbáti sunt*, *commóti* sunt: * tremor *apprehéndit* eos.

Ibi dolóres ut *parturiéntis*: * in spíritu veheménti *cónteres naves Tharsis*.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini *virtútum*, † in civitáte *Dei nostri*: * Deus fundávit eam in *ætérnum*.

Suscépinus Deus *misericórdiam tuam*, * in *médio templi tui*.

Secúndum nomen tuum Deus, † sic et laus tua in *fines terræ*: * iustitia plena est *déxtera tua*.

Lætétur mons Sion, et exsúltent *filiae Iudæ*, * propter iudícia *tua Dómine*.

Circúmdate Sion, et complectímini eam: * narráte in *túrribus eius*.

Pónite corda vestra in *virtúte eius*: * et distribúite domos eius, ut enarrétis in *progénie áltera*.


Quóniam hic est Deus, Deus noster in *ætérnum*, et in *sáculum sáculi*: * ipse reget nos in *sácula*.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et *nunc et semper*, * et in *sácula sæculórum*. Amen. *A.*


VII c

O



S me-um loquétur * sa-pi-énti-am: et me-di-tá-ti-o cordis me-i prudénti-am.

Ps. 48, 2-13



Audí-te hæc, om- - nes gen- - tes: * áuribus percí-pi-te omnes, qui ha-bi-tá- - tis or- - bem:

Quique terrígenæ, et filii hóminum: * simul in unum dives et pauper.

Os meum loquétur sapiéntiam: * et meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam: * apériam in psaltério propositiÓNem meam.

Cur timébo in die mala? * iníquitas calcánei mei circúmdabit me:

Qui confidunt in virtúte sua: * et in multitudíne divitiárum suárum gloriántur.

Frater non rédimit, rédimet homo: * non dabit Deo placatiÓNem suam.

Et prétium redemptiÓNis ánimæ suæ: * et laborábit in ætérnum, et vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cum viderit sapiéntes moriéntes: * simul insípiens, et stultus períbunt.


Et relínquent aliénis divítias suas: * et sepúlbra eórum domus illórum in ætérnum.

Tabernácula eórum in progénie et progénie: * vocavérunt nómina sua in terris suis.

Et homo, cum in honóre esset, non intelléxit: * comparátus est iumentis insipiéntibus, et símilis factus est illis.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

E
A

U-ribus percí-pi-te * qui ha-bi-tá-tis orbem.

Ps. 48, 14-21



Hæc vi-a illó-rum scánda-lum ip- - sis: * et póste-a in o-re su-o com- - placé- - bunt.

Sicut oves in inférno pósiti sunt: * mors depáscet eos.

Et dominabúntur eórum iusti in matutíno: * et auxili-um eórum veteráscet in inférno a glória eórum.

Verúm tamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi: * cum accéperit me.

Ne timúeris, cum dives factus fúerit homo: * et cum multiplicáta fúerit glória domus eius.

Quóniam cum interíerit, non sumet ómnia: * neque descéndet cum eo glória eius.

Quia ánima eius in vita ipsíus benedicétur: * confitébitur tibi cum beneféceris ei.

Introíbit usque in progénies patrum suórum: * et usque in ætérnum non vidébit lumen.

Homo, cum in honóre esset, non intelléxit: * comparátus est iumentis insipientibus, et símilis factus est illis.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.

Psalmus 7.

Ps. 49, 1; H94


VIII a

D



E-us de-ó-rum * Dóminus locú-tus est.

Ps. 49, 1-6



De-us de-ó-rum, Dóminus locú-tus est: * et vo-cá-vit **ter-** - ram,

A solis ortu usque ad occásum: * ex Sion *spécies decóris* eius.

Deus maniféste *véniet*: * Deus noster et *non silébit*.

Ignis in conspéctu eius *exardéscet*: * et in circúitu eius *tempésta* **válida**.

Advocábit *cælum desúrsum*: * et terram *discérnere pópulum suum*.

Congregáte illi *sanctos eius*: * qui *órdinant testaméntum eius super sacrificia*.

Et annuntiábunt *cæli iustítiam eius*: * quóniam *Deus iudex* est.


Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*

Psalmus 8.


Ps. 49, 14; H94

E
I



Mmo-la De-o * sacri-fi-ci-um laudis.

Ps. 49, 7-15



Audi, pópu-lus me-us, et lo- - quar: † Isra-ël, et testi-fi-cábor ti- - bi: * De-us, De-us tu- - us ego sum.

Non in sacrificiis tuis árguam te: * holocáusta autem tua in conspéctu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos: * neque de grégibus tuis hircos.

Quóniam meæ sunt omnes feræ silvárum: * iuménta in móntibus et boves.

Cognóvi ómnia volatília cæli: * et pulchritúdo agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi: * meus est enim orbis terræ, et plenitúdo eius.


Numquid manducábo carnes taurórum? * aut sánguinem hircórum potábo?

Immola Deo sacrificium laudis: * et redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: * éruam te, et honorificábis me.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*



I Ntelle-gi-te * qui obli-visoími-ni De-um.

Ps. 49, 16-23



Pecca-tó-ri autem di-xit De- - us: * Qua-re tu enárras iustí-ti-as me-as, et assúmíis testaméntum me-um *per os tu- - um?*

Tu vero odísti disciplínam: * et proiecísti sermónes meos *retrórsum*:

Si vidébas furem, currébas cum eo: * et cum adúlteris portiónem tuam *ponébas*.

Os tuum abundávit malítia: * et lingua tua concinnábat **dolos**.

Sedens advérsus fratrem tuum loquebáris, † et advérsus filium matris tuæ ponébas **scándalum**: * hæc fecísti, et **tácu**i.

Existimásti, iníque, quod ero tui **símilis**: * árguam te, et státuam contra *fáciem tuam*.

Intellégite hæc, qui oblivisoímini **Deum**: * nequándo rápiat, et non sit *qui erípiat*.


Sacrificium laudis honorificábit me: * et illic iter, quo osténdam illi *salutáre Dei*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.


Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. **A.**

Versus.

Ps. 49, 23



Ψ. Sacri-fi-ci-um laudis hono-ri-fi-cá-bit me. R̃. Et il-lic i-ter, quo osténdam il-li sa-lu-tá-re De-i.



Pa-ter noster. *secreto usque ad* Ψ. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. R̃. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.

A



víncu-lis pecca-tó-rum nostró-rum * absólvat nos omní-po-tens et mi-sé-ri-cors Dóminus. R̃. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Ille nos bene-dí-cat, * qui si-ne fi-ne vi-vit et regnat. **℞.** Amen.

Lectio I.

2 Reg. 4, 5-8

De libro secúndo Regum.

Veniéntes ígitur filii Remmon Berothítæ, Rechab et Báana, ingrési sunt, fervénte die, domum Isboseth; qui dormiébat super stratum suum merídie. Et ostiária domus purgans tríticum obdormívit. Ingrési sunt autem domum laténter assuméntes spicas trítici, et percussérunt eum in ínguine Rechab et Báana frater eius et fugérunt. Cum autem ingrési fuíssent domum, ille dormiébat super lectum suum in conclávi, et percutiéntes interfecérunt eum; sublatóque cápite eius abiérunt per viam desérti tota nocte. Et attulérunt caput Isboseth ad David in Hebron dixerúntque ad regem: Ecce caput Isboseth, filii Saul inimíci tui, qui quærébat ánimam tuam.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 1.

R. Ex oratione Manassæ *Ps.* ibidem; H396

III
P

Eccá- vi super núme- rum a-rénæ ma- ris, et multipli-cá- ta sunt peccá-ta me- a,

et non sum dignus vi-dé- re alti-tú-di-nem cæ- li, præ multi-túdi-ne i-niqui-tá-tis me- æ: quó- ni-am

irri-tá-vi i-ram tu- am. † Et ma- lum co-ram te fe- ci. *Ps.* Quó- ni- am i-niqui-tá-tem me-am e-go cognó- sco,

et de-líctum me-um co-ram me est semper, ti-bi so- li pec-cá- vi. † Et.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Di-vinum auxí-li-um * máne-at semper nobíscum. *R.* Amen.

Lectio II.

2 Reg. 4, 9-12

Respóndens autem David Rechab et Báana fratri eius filiis Remmon Berothítæ dixit ad eos: Vivit Dóminus, qui éruit ánimam meam de omni angústia, quóniam eum, qui annuntiáverat mihi et díxerat: Mórtuus est Saul; qui putábat se próspéra nuntiáre, ténui et occídi eum in Síceleg, cui oportébat mercédem dare pro núntio: quanto magis nunc, cum hómines ípii interfecérunt virum innóxiúm in domo sua super lectum suum, non quæram sánguinem eius de manu vestra et áuferam vos de terra? Præcépit ítaque David púeris suis, et interfecérunt eos, præcidentésque manus et pedes eórum suspendérunt eos super piscínam in Hebron; caput autem Isboseth tulérunt et sepeliérunt in sepúlcro Abner in Hebron.

Ps. Tu autem, Dómine, miserére nobis. *R.* Deo grátias.

Responsorium 2.

R. Cf. 1 Reg. 8, 28 *Ps.* 2 Paralip. 6, 14; H396

IV


E

X-audí-sti, Dó-mi-ne, o-ra-ti-ó-nem ser-vi tu-i, ut æ-di-fi-cá-rem tem-plum

nó-mi-ni tu-o; † Bé-ne-dic et sanctí-fi-ca domum istam in sem-pi-tér-num, De-us Isra-el. *Ps.*

Qui re-gis Isra-el, intén-de, qui dedú-cis ve-lut ovem Io-seph. † Bé-ne-dic.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris * accéndat De-us in córdibus nostris. **R̄.** Amen.

Lectio III.

2 Reg. 5, 1-7

Et venérunt univérsæ tribus Israë̄l ad David in Hebron dicéntes: Ecce nos os tuum et caro tua sumus. Sed et heri et nudiustértius, cum esset Saul rex super nos, tu eras edúcens et redúcens Israë̄l; dixit autem Dóminus ad te: Tu pasces pópulum meum Israë̄l et tu eris dux super Israë̄l. Venérunt quoque et senióres Israë̄l ad regem in Hebron, et percússit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Dómino, unxerúntque David in regem super Israë̄l. Fílius trigínta annórum erat David, cum regnáre cœpisset, et quadragínta annis regnávít. In Hebron regnávít super Iudam septem annis et sex ménsibus, in Ierúsalem autem regnávít trigínta tribus annis super omnem Israë̄l et Iudam. Et ábiit rex, et omnes viri, qui erant cum eo, in Ierúsalem ad Iebusæum habitatórem terræ, dictúmque est David ab eis: Non ingrediéris huc nisi abstúleris cæcos et claudos dicéntes: Non ingrediétur David huc. Cepit autem David arcem Sion, hæc est cívitas David.

Ps̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄.** Deo grátias.

Responsorium 3.

R. 1 Reg. 8, 28.29 *Ps.* Dt. 27, 15; H396

A

Udi, Dómi-ne hym-num et o-ra-ti-ó-nem qua servus tu-us o-rat co-ram te hódi-e;
ut sint ócu-li tu-i apér-ti, et aures tu-æ in-tén-tæ, † Super do-mum i-stam di-
e ac no-cte. *Ps.* Réspi-ce, Dómi-ne, de sanctu-á-ri-o tu-o, de excélsa cæ-ló-rum ha-bi-tá-cu-lo. †
Super do-mum. *Ps.* Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i San-cto. † Super do-mum.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

O-rémus. De-us, qui di-li-géntibus te bona invi-si-bí-li-a præpa-rásti: † infúnde córdibus nostris tu-i amó-ris afféc-
tum; * ut te in ómnibus et super ómni-a di-li-géntes, promissi-ónes tu-as, quæ omne de-si-dé-ri-um súde-rant, consequámur.
Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,
per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Conclusio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Benedicámus Dómino.

℞. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. **R.** Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 50, 4; H95

VII a
A Mpli-us la-va me Dómi-ne * ab iniustí-ti-a me-a.

Psalmus 50.

Mi-se-ré-re me- - i De- - us, * secúndum magnam mi-se-ri-córdi-am tu- - am.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccáti**s meis**: * et omnes iniquitátes **meas dele**.

Cor mundum crea **in** me **Deus**: * et spíritum rectum ínno**va** in viscéribus **meis**.

Ne proiícias me a fácie **tua**: * et spíritum sanctum tuum ne áu**feras a** me.

Redde mihi lætítiam salutáris **tui**: * et spírítu principáli **confirma** me.

Docébo iníquos **vias tuas**: * et ímpii ad te **converténtur**.

Líbera me de sanguínibus **Deus**, **Deus salúti**s **meæ**: * et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.

Dómine lábia **mea apéries**: * et os meum annuntiábit **laudem tuam**.

Quóniam si voluísse**s sacrificium**, **dedíssem útiq**ue: * holocáustis non **delectáberis**.


Sacrificium Deo spíritus **contribulátus**: * cor contrítum et humiliátum **Deus non despíci**s.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte **tua Sion**: * ut ædificéntur **muri** Ierúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiónes et **holocáusta**: * tunc impónent super altáre **tuum vítu**los.

Glória **Patri** et **Fílio**, * et Spírítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. **Amen**.



Ampli-us la-va me Dómi-ne * ab iniustí-ti-a me-a.


II D

A



timó-re i-nimí-ci * é-ri-pe Dómi-ne ánimam me-am.

Psalmus 63.



Exáudi De-us o-ra-ti-ónem me-am cum **dépre-cor**: * a timó-re in-imí-ci é-ri-pe *ánimam me-* - am.

Protexisti me a convéntu **malignántium**, * a multitudíne operántium **iniquitátem**.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas: † intendérunt arcum rem **amáram**, * ut sagittent in occúltis **immaculátum**.

Súbito sagittábunt eum, et non **timébunt**: * firmavérunt sibi **sermónem nequam**.

Narravérunt ut absconderent **láqueos**: * dixerunt: Quis **vidébit eos**?

Scrutáti sunt **iniquitátes**: * defecérunt scrutántes **scrutinio**.

Accédet homo ad cor **altum**: * et exaltábitur **Deus**.

Sagittæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum: * et infirmátæ sunt contra eos linguæ **eórum**.


Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos: * et tímuit **omnis homo**.


Et annuntiavérunt ópera **Dei**, * et facta eius **intelléxerunt**.

Lætábitur iustus in Dómino, et sperábit in **eo**, * et laudabúntur omnes **recti corde**.

Glória Patri et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen. *A.*

VIII a

 E de-cet hymnus * De-us in Si-on.



Te de-cet hymnus, De-us, in Si- - on: * et ti-bi reddé-tur vo-tum *in Ie-rú-sa-lem*.

Exáudi oratiónem **meam**: * ad te omnis *caro véniet*.

Verba iniquórum prævaluérunt **super nos**: * et impietátibus nostris tu *propitiáberis*.

Beátus quem elegisti et assumpsisti: * inhabitábit in *átriis tuis*.

Replébimur in bonis domus **tuæ**: * sanctum est templum tuum, mirábile in *æquitáte*.

Exáudi nos, Deus, salutáris **noster**, * spes ómnium finium terræ, et in *mari longe*.

Præparans montes in virtúte tua, accíntus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris sonum *flúctuum eius*.

Turbabúntur gentes, et timébunt qui hábitant términos a signis **tuis**: * éxitus matutíni, et vespere *delectábis*.

Visitásti terram, et inebriásti eam: * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, † parásti cibum **illórum**: * quóniam ita est præparátio eius.

Rivos eius inébria, multiplica genímina eius: * in stillicídiis eius lætábitur **gérminans**.

Benedíces coronæ anni benignitátis **tuæ**: * et campi tui replebúntur *ubertáte*.

Pinguéscent speciósa **desérti**: * et exsultatióne colles *accingéntur*.

Indúti sunt aríetes óvium, † et valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim *hymnum dicent*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in principio, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*

I g²

D

Omi- nus * iudi- cá- bit fi- nes terræ.

Canticum Annæ, 1 Reg. 2, 1-10

Exsultá- vit cor me- um in Dómino, * et exaltá- tum est cornu me- um in De- o me- - o:

Dilatátum est os meum super inimícos meos: * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus: † neque enim est álius extra te, * et non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, * gloriántes.

Recédant vétera de ore vestro: † quia Deus scientiárum, Dóminus est, * et ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est, * et infirmi accíncti sunt róbores.

Repléti prius, pro pánibus se locavérunt: * et famélici saturáti sunt.

Donec stérilis péperit plúrimos: * et quæ multos habébat filios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat et vivíficat, * dedúcit ad ínferos et redúcit.

Dóminus páuperem facit et ditat, * humiliat et súblevat.

Súscitat de púlvere egénum, * et de stércore élevat páuperem:

Ut sédeat cum princípibus, * et sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ, * et pósuit super eos orbem.


Pedes sanctórum suórum servábit, † et ímpii in ténebris conticéscunt: * quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversáarii eius: * et super ipsos in cælis tonábit:

Dóminus iudicábit fines terræ, † et dabit impérium regi suo, * et sublimábit cornu *Christi sui*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǽcula sǽculórum. Amen.

D  Omi- nus * iudi-cá-bit fi-nes terræ.

The image shows the beginning of a musical score for the hymn 'Dóminus iudicábit fines terræ'. It features a large red initial 'D' on the left. To its right is a musical staff with a treble clef and a key signature of one flat (B-flat). The melody is written in square notes on a four-line staff. Above the staff, there are red annotations: a '3' above the first note, a '2' above the second note, a '1' above the third note, a '2' above the fourth note, a '3' above the fifth note, a '4' above the sixth note, and a '5' above the seventh note. There are also red slanted lines above the staff, indicating phrasing or breath marks. The text 'Omi- nus * iudi-cá-bit fi-nes terræ.' is written below the staff, with the asterisk marking the beginning of the second phrase.


II D

C



Æ-li cæ-ló-rum * laudá-te De-um.

Psalmus 148.



Laudá-te Dóminum de cæ- - lis: * laudá-te e-um in excél- - sis.

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sáculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ faciunt verbum eius:

Montes et omnes colles: * ligna fructífera et omnes cedri.

Béstia et unívrsa pécora: * serpéntes et vólucres pennátæ.


Reges terræ et omnes pópuli: * príncipes et omnes iúdicēs terræ.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum **no-** - **vum:** * laus e-ius in ecclé-si-a **sanctó-** - **rum.**

Lætétur Israel in eo qui fecit **eum:** * et filii Sion exsúltent in rege **suo.**

Laudent nomen eius in **choro:** * in týmpano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **suo:** * et exaltábit mansuétos in **salútem.**

Exsultábunt sancti in **glória:** * lætabúntur in cubílibus **suis.**


Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in natió nibus: * increpatiónes in **pópulis.**

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis **férreis.**

Ut fáciant in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis eius.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in sanctis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multítudinem magnítudinis eius.


Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério *et* cíthara.

Laudáte eum in týmpano et **choro**: * laudáte eum in chordis *et* órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet **Dóminum**.

Glória Patri et **Fílio**, * et Spíritui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

C 

Æ-li cæ-ló-rum * laudá-te De-um.

Capitulum.

Rom. 13, 12-13




NOX præcëssit, di-es autem appropinquá-vit. † Abii-ci-ámus ergo ópe-ra tenebrá-rum, et indu-ámur arma lu-cis. *

Sic-ut in di-e honéste ambu-lémus. ℞. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 40, 5



Sana ánimam me-am, * Qui-a peccá-vi ti-bi. Sana. ℣. Ego di-xi: Dómi-ne mi-se-ré-re me-i. * Qui-a.


Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sana.

Hymnus

Prudentius († 413)

IV


N



OX, et tenébræ, et núbi-la, Confú-sa mundi et túrbi-da; Lux intrat, albéscit po-lus: Christus venit, discé-di-te.




Ca-lí-go terræ scíndi-tur Percússa so-lis spí-cu-lo: Rebúsque iam co-lor re-dit Vultu ni-téntis sí-de-ris.



Te, Christe so-lum nó-vimus, Te mente pura et símpli-ci, Flendo et canéndo quæsumus, Inténde nostris sénsibus.




Sunt multa fu-cis íl-li-ta, Quæ lu-ce purgéntur tu-a: Tu lux E-ó-i sí-de-ris Vultu se-réno illúmina. De-o Patri sit gló-ri-a,



E-iúsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Et nunc et in perpé-tu-um. A-men.

Versus.

Ps. 89, 14



℣. Replé-ti sumus mane mi-se-ri-córdi-a tu-a. ℞. Exsultá-vimus, et de-lectá-ti sumus.

Canticum Zachariæ.

Lc. 1, 71; H423

I g⁵

D

E manu ómni-um * qui odé-runt nos lí-be-ra nos Dómi-ne.

Lc. 1, 68-79

Bene-díctus Dóminus De- - us Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem ple-bis su- - æ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, * in remissionem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:


Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndo pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.




Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O


-rémus. De-us, qui di-li-géntibus te bona invi-si-bí-li-a præpa-rásti: † infúnde córdibus nostris tu-i amó-ris

afféctum; * ut te in ómnibus et super ómni-a di-li-géntes, promissi-ónes tu-as, quæ omne de-si-dé-ri-um súde-rant,

consequámur. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te

Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:




V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. *R.* Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

IV
B

Ene-di-cámus Dómino. *R.* De-o grá-ti-as.



Ad Vesperas.

DE-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 134, 6; H97

Omnia * quæ-cúmque vó-lu-it, Dómi-nus fe-cit.

Psalmus 134.

Laudá-te no- - men Dómi-ni, * laudá-te, ser- - vi, Dóminum.

Qui stas in **domo** Dómini, * in átriis domus **Dei nostri**.

Laudáte Dóminum, quia **bonus** Dóminus: * psállite nómini eius, quóniam **suáve**.

Quóniam Iacob elégit **sibi** Dóminus, * Israël in possessiónem **sibi**.

Quia ego cognóvi quod **magnus** est Dóminus, * et Deus noster præ **ómnibus diis**.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cælo, et in **terra**, * in mari, et in **ómnibus abyssis**.

Edúcens nubes ab **extrémo terræ**: * fúlgora in **plúviam** fecit.

Qui producít ventos de **thesáuris suis**: * qui percússit primogénita **Ægypti** ab hómine **usque** ad **pecus**.

Et misit signa, et prodígia in médio **tui**, **Ægypte**: * in Pharaónem, et in omnes **servos eius**.

Qui percússit **gentes multas**: * et occídit **reges fortes**:

Sehon, regem Amorrhæorum, et Og, regem **Basan**, * et omnia regna **Chánaan**.

Et dedit terram eorum hereditatem, * hereditatem Israël, **pópulo suo**.

Dómine, nomen tuum **in ætérnum**: * Dómine, memoriále tuum in generatióem et generatióem.

Quia iudicábit Dóminus **pópulum suum**: * et in servis suis **deprecábitur**.

Simulácula géntium **argéntum**, et **aurum**, * ópera **mánuum hóminum**.

Os habent, et **non loquéntur**: * óculos habent, et **non vidébunt**.

Aures habent, et **non áudient**: * neque enim est spíritus in **ore ipsórum**.

Símiles illis fiant qui **fáciunt ea**: * et omnes qui **confidunt in eis**.

Domus Israël, **benedícite Dómino**: * domus Aaron, **benedícite Dómino**.


Domus Levi, **benedícite Dómino**: * qui timétis Dóminum, **benedícite Dómino**.

Benedíctus Dóminus ex **Sion**, * qui hábitat **in Ierúsalem**.


Glória **Patri et Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc et semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.


O



-mni-a * quæ-cúmque vó-lu-it, Dómi-nus fe-cit.

III g 

Q Uóni-am * in æ-térnum mi-se-ri-cór-di-a e-ius



Confi-témi-ni Dómino **quóni-am bo- - nus:** * quóni-am in æ-térnum mi-se-ri-córdi-a e- - ius.

Confitémini Deo deórum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Confitémini Dómino **dominórum:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui facit mirabília **magna solus:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui fecit cælos in **intelléctu:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui firmávit terram **super aquas:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui fecit luminária **magna:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Solem in potestátem **diéi:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Lunam, et stellas in potestátem **noctis:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui percússit Ægýptum cum primogénit^{is} eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui edúxit Israël de médio eórum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

In manu poténti, et brácchio excélso: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui divisit Mare Rubrum in divisiónes: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et edúxit Israël per **médium eius:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et excússit Pharaónem, et virtútem eius in **Mari Rubro:** * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui tradúxit pópulum suum **per** desértum: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Qui percússit **reges magnos**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et occídit **reges fortes**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Sehon, regem **Amorrhæórum**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et Og, **regem Basan**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et dedit terram eórum hereditátem: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Hereditátem Israël, **servo suo**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Quia in humilitáte nostra memor **fuit nostri**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Et redémit nos ab inimícis **nostris**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.


Qui dat escam **omni carni**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Confitémini **Deo cæli**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Confitémini Dómino **dominórum**: * quóniam in ætérnum misericórdia eius.

Glória **Patri** et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.


Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.



Uóni-am * in æ-térnum mi-se-ri-cór-di-a e-ius


VIII G

H



Ymnum * cantá-te nobis de cánti- cis Si- on


Psalmus 136.



Super flúmina Baby-lónis, il-lic sé-dimus et flé-vimus: * cum re-corda-rémur Si- - on:


In salícibus in médio eius, * suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba *cantiónum*:Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis de *cánticis* Sion.Quómodo cantábimus cánticum **Dómini** * in terra *aliéna*?Si oblítus fúero tui, **Ierúsalem**, * oblivióni detur *déxtera mea*.Adháreat lingua mea fáucibus **meis**, * si non memínero **tui**:Si non proposúero **Ierúsalem**, * in princípío *lætitiæ meæ*.Memor esto, **Dómine**, filiórum **Edom**, * in die *Ierúsalem*:Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte * usque ad fundaméntum *in ea*.Fília **Babylónis** *mísera*: * beátus, qui retribuet tibi retributióne[m] tuam, quam retribuísti **nobis**.Beátus, qui tenébit, * et allidet párvulos tuos *ad petram*.Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sácula sæculórum*. Amen. *A.*

V a
I


N conspéctu * Ange-ló-rum psallam ti-bi De-us me-us

Psalmus 137.



Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to corde me- - o: * quóni-am audísti verba o- - ris me- - i.

In conspéctu Angelórum psallam tibi: * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritate tua: * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini: * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit: * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: † et super iram inimicórum meórum exténderis manum tuam, * et salvum me fecit dextera tua.

Dóminus retribuet pro me; † Dómine misericórdia tua in sǎculum: * ópera mánuum tuárum ne despicias.

Glória Patri et Filio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen. *A.*

Capitulum.

2 Cor. 1, 3-4

B

Ene-díctus De-us, et Pa-ter Dómi-ni nostri Ie-su Christi, † Pa-ter mi-se-ri-cordi-á-rum, et De-us to-tí-us

conso-la-ti-ónis, * qui conso-lá-tur nos in omni tribu-la-ti-óne nostra. ℞. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 33, 2

VI

B

Ene-dí-cam Dóminum * In omni témpo-re. Bene-dí-cam. ℣. Semper laus e-ius in o-re me-o. * In. ℣.


Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Bene-dí-cam.

Hymnus


Gregorius Magnus († 604)

I

C




Æ-li De-us sanctíssime, Qui lú-cidum centrum po-li Candó-re pingis ígne-o, Augens de-có-ro lúmi-ne.




Quarto di-e qui flámme-am So-lis ro-tam constí-tu-ens, Lunæ mi-nístras ór-di-nem, Vagósque cursus sí-de-rum:



Ut nóctibus, vel lúmi-ni Di-rempti-ónis términum, Primórdi-is et ménsi-um Signum da-res no-tíssimum; Illúmina cor




hóminum, Abstérge sordes ménti-um: Re-sólve culpæ víncu-lum: Evérte mo-les críminum. Præsta, Pa-ter pi-íssime,



Patríque compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to Regnans per omne sæcu-lum. A-men.

Versus.

Ps. 140, 2




℣. Di-ri-gá-tur Dómi-ne o-rá-ti-o me-a. ℞. Sic-ut incénsum in conspéctu tu-o.


VIII G²

R Espé-xit Dóminus * humi-li-tá-tem me-am, et fe-cit in me magna qui po-tens est.

Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.



Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us * in De-o, sa-lu-tá-ri me- o.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum *nomen* eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente *cordis sui*.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit *inánés*.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.


Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in *sæcula*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniae.


K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.


P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us, qui di-li-géntibus te bona invi-si-bí-li-a præpa-rásti: † infúnde córdibus nostris tu-i amó-ris

afféctum; * ut te in ómnibus et super ómni-a di-li-géntes, promissi-ónes tu-as, quæ omne de-si-dé-ri-um súde-rant,

consequámur. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te

Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:

Ps. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. *R.* Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

I
B

Ene-di-cámus Dómino. *R.* De- o grá-ti-as.